BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh.
Seite 228
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Et cum inuenerit conuocat amicas & uicinas dicens: Congratulamini mihi quia inueni drazmam quam perdideram.

Quae amicae uel uicinae. Nisi ille potestates sunt caelestes. Iam superius dictae quae tanto superne sapientiae iuxta sunt quanto continuae eiusdem gratiae uisionis ad propinquant. sed inuiendum cur istam mulier decem drazmas habuisse perhibetur. angelos quippe & hominum naturae ad cognoscendum sedes condidit quamdum consistere ad aeternitatem uoluit eam procul dubio ad suam similitudinem creauit. Decem uero drazmas habuit mulier. quia nouem sunt ordines angelorum sed ut conpleretur electorum numerus. homo decimus creatus est. quia conditore suo nec post culpam perit quia hunc aeterna sapientia per carnem miraculis coruscans exlumine testere paruit.

Dico uobis. gaudium erit coram angelis dei. super uno peccatore paenitentiam agentem.

Paenitentiam agere est. & per praeterita mala plangere & plangenda non perpetrare. Namque sicalia deplorat. ut tamen alia committat. adhuc paenitentiam agere. aut ignorat aut dissimulat. Quidenim prodest si peccata quis luxoriae defleat. & tamen adhuc luxuriae aestibus ardet. utquid prodest si ire culpam iam lugeat. & tamen adhuc inuidiae facibus tabescat. sed minus est. ual de quo dicimus ut qui peccata deplorat plorenda minime committat. Nam cogitandum summopere est. ut qui se in licita meminit commisisse a quibus dam & ia licita studeat abstinere. quatenus per hoc conditori suo satisfaciat. ut qui commisit prohibita sibi & ipsi abscidere debeat & ea commissa.

Ait autem Homo quidam habuit duos filios & dixit adulescentior ex illis patri da mihi portionem substantiae quae me contingit & diuisit illis substantiam.

Murmurantibus de peccatorum susceptione scribis & pharisaeis. tres exordine parabolas saluator posuit. duabus primis de quibus disputatum est. quantum ipse cum angelis de paenitentium salute gaudeat insinuans. tertia uero quae sequitur. non suum tantummodo suorque gaudium demonstrans. sed & inuidentium murmur reprehendens. Homo itaque quidam duos filios habuisse dicitur. dis pater intelligitur duorum uidelicet gentium populorum. & quasi duarum generis humani stirpium auctor atque creator. maior enim filius eos qui in unius dei permanserent cultura. minor eos qui usque ad colenda idola dominum deseruire significat. pars substantiae quae minorem filium contigit. ipse sensus in homine rationalis est. uuere enim intellegere meminisse ingenio alacri excellere diuini substantia muneris est. quamuis minor filius expetiit a patre cum homo sua potestate delectatus liberum sese arbitrium regere atque a domino quaesiuit excuere conditoris diuitias. illis substantiam. fidelibus